



UNA VOCE VENETIA

Sabato di Passione

Sequéntia sancti Evangéllii secúndum Joánnem *Joann. 12, 10-36*

IN ILLO témpore : Cogitavérunt príncipes sacerdotúm, ut et Lázarus interficerent : quia multi propter illum abibant ex Judaéis, et credébant in Jesum. In crastnúm autem turba multa, quæ vénerat ad diem festum, cum audíssent, quia venit Jesus Jerosólymam, acceperunt ramos palmárum, et processérunt óbviám ei, et clamábant : Hosáнна, benedíctus, qui venit in nómine Dómini, Rex Israël. Et invénit Jesus aséllum, et sedit super eum, sicut scriptum est : Noli timére, filia Sion : ecce, Rex tuus venit sedens super pullum ásinae. Hæc non cognovérunt discipuli ejus primum : sed quando glorificátus est Jesus, tunc recordáti sunt, quia hæc erant scripta de eo : et hæc fecerunt ei. Testimónium ergo perhibébat turba, quæ erat cum eo, quando Lázarus vocávit de monuménto, et suscitávit eum a mórtuis. Proptérea et óbviám venit ei turba : quia audierunt eum fecísse hoc signum. Pharisaeí ergo dixerunt ad semetípsos : Vidétis, quia nihil proficimus? Ecce, mundus totus post eum ábiit. Erant autem quidam gentíles ex his, qui ascénderant, ut adorarent in die festo. Hi ergo accessérunt ad Philíppum, qui erat a Bethsaída Galilaæa : et rogábant eum, dicéntes : Dómine, vólumus Jesum vidére. Venit Philíppus, et dicit Andréa : Andréas rursum et Philíppus dixerunt Jesu. Jesus autem respóndit eis, dicens : Venit hora, ut clarificétur Fílius hóminis. Amen, amen, dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram mórtuum fúerit, ípsam solum manet : si autem mórtuum fúerit, multum fructum affert. Qui amat ánimam suam, perdet eam : et qui odit ánimam suam in hoc mundo, in vitam ætérnam custódit eam. Si quis mihi ministrat, me sequátur : et ubi sum ego, illic et mínister meus erit. Si quis mihi ministráverit, honorificábit eum Pater meus. Nunc anima mea turbáta est. Et quid dicam? Pater, salvífica me ex hac hora. Sed proptérea veni in horam hanc. Pater, clarífica nomen tuum. Venit ergo vox de cælo : Et clarificávi, et íterum clarificábo. Turba ergo, quæ stabat et audíerat, dicebat tonítuum esse factum. Alii dicébant : Angelus ei locútus est. Respóndit Jesus et dixit : Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc júdícium est mundi, nunc princeps hujus mundi ejiciétur foras. Et ego si exaltátus fúero a terra, ómnia traham ad meípsum. (Hoc autem dicebat, significans, qua morte esset moritúrus.) Respóndit ei turba : Nos audívimus ex lege, quia Christus manet in ætérnum, et quómodo tu dicis : Oportet exaltári Filium hominis? Quis est iste Fílius hominis? Dixit ergo eis Jesus : Adhuc módicum lumen in vobis est. Ambuláte, dum lucem habétis, ut non vos ténebræ comprehéndant : et qui ámbulat in ténebris, nescit, quo vadat. Dum lucem habétis, créдите in lucem : ut fílii lucis sitis. Hæc locútus est Jesus : et ábiit, et abscondit se ab eis.



Dal Vangelo secondo Giovanni *Giov. 12, 10-36*

IN QUEL tempo, i capi dei sacerdoti deliberarono di far morire anche Lazzaro, perché, per causa sua, molti se ne partivano da loro e credevano in Gesù. Il giorno seguente, la gran folla, accorsa alla festa, saputo che Gesù veniva a Gerusalemme, prese dei rami di palme ed uscì ad incontrarlo gridando: Osanna! Benedetto colui che viene nel nome del Signore, il Re d'Israele! E Gesù, trovato un asinello, vi montò sopra, secondo quanto sta scritto: Non temere, o figliuola di Sion, ecco il tuo re che viene seduto sopra un puledro d'asina. I suoi discepoli non compresero dapprima queste cose; ma quando Gesù fu glorificato, allora si rammentarono essere quelle cose state scritte ed eseguite per lui. La folla poi, che era con lui quando evocò Lazzaro dalla tomba e lo risuscitò dai morti, gli rendeva testimonianza; e il popolo gli era andato incontro anche perché aveva sentito aver egli fatto questo miracolo. Ora tra quelli che erano saliti alla festa per adorare vi erano dei Gentili, i quali accostatisi a Filippo, che era di Betsaida in Galilea, lo pregavano dicendo: Signore, vogliamo vedere Gesù. Filippo ne parlò ad Andrea ed Andrea e Filippo lo vennero a dire a Gesù, che però rispose: È venuta l'ora nella quale il Figliuolo dell'uomo sarà glorificato. In verità in verità vi dico che se il grano di frumento caduto in terra non muore, resta solo; ma se muore produce molto frutto. Chi ama la propria vita la perderà, e chi odia la propria vita in questo mondo la conserverà per la vita eterna. Chi mi serve mi segua; perché dove sarò io quivi sarà anche il mio servo. E chi servirà me, sarà glorificato dal Padre mio. Ora l'anima mia è turbata. E che dirò io? (Dirò forse:) Padre, liberami da quest'ora? Ma son venuto apposta per quest'ora! Padre, glorifica il tuo nome. E venne dal cielo una voce: L'ho glorificato e ancora lo glorificherò. Ora la folla che era presente e che aveva sentito la voce diceva essere stato un tuono, mentre altri dicevano: Un angelo gli ha parlato. Gesù ripigliò a dire: Questa voce ha risuonato non per me, ma per voi. È venuto il momento in cui il mondo sarà giudicato; ora il principe di questo mondo sarà cacciato fuori. Ed io, quando sarò innalzato da terra, trarrò tutto a me. E ciò diceva per significare di qual morte sarebbe morto. Gli rispose la folla: Noi abbiamo imparato dalla Legge che il Cristo vivrà in eterno. Come dunque puoi dire che il Figliuolo dell'uomo deve essere innalzato? Chi è questo Figliuolo dell'uomo? Allora Gesù soggiunse: Voi avete la luce ancora per un po' di tempo. Camminate sinché avete la luce, affinché le tenebre non vi sorprendano; chi cammina nelle tenebre non sa dove vada. Sinché avete la luce, credete nella luce e siate figli della luce. Così parlò Gesù; poi se ne andò e si nascose da loro.